3.titul.3.lib.8. *Recopilat.* l. 3. *tit.* 8. ead *lib.* 6. *verſ. Elos que dellos deſcendieſen,tit.* 27. *part.* 2. *l.* 2.*titul.* 2.*l.*9.*tit.*31.*part.* 7. *l. quiſquis* 5. §. 1. *C. ad leg. Jul. Majeſtat. l.Divo* 11. *C. de quæſtionib.l. Imperialis* 24. §. *His illud, C. de nupt. Authent. Gazaros, C. de hæretic.* Quod juſtiſſimè fieri poſſe probant. *text. in capit. ſine culpa* 24. *de regul. jur. in* 6. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 56. *n.* 6. Cardin. Turrecrem. *in cap. undecunque* 4. 56. *diſtinct.* Anton. Gomez *ubi proximè*, Caſtr. *ſupra, c.* 11. Roxas *ſing* 66. Guttier. *n.* 25. Simanc. *ubi proximè*, Cevall. *quæſt.* 653. Petrus Faber. *ſemeſt. lib.* 3. *c.* 8. Quibus jungendi ſunt laudandi *infrà*, *n. ſeqq.*

Ad Num. 1.

13 Quod Divino, & humano judicio juſtis de cauſis poſſit ei, qui non deliquit,pro alieno delicto pœna irrogari ſatis nuper tradita ſuadent; idemque expreſſim aſſeverant,Tuſch. *lit. P. concluſ.*212.*n.*41. Farin.*in prax quæſt.*24.*n.*154.Petr.Greg.*ſup.*Caſtil. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 103. *n.* 19. Guttier. *ſup.n.*26. Aug. Barboſ. *in collect. ad cap. renovantes*, *num.* 9. 22. *diſtinct.* & quod attinet ad judium Divinum cauſa quærenda non eſt, cum enim Deus ſit abſolutus Dominus vitæ creatæ, poſſitque pro ſuo arbitrio eam donare vel auferre, poterit ex alieno peccato occaſionem ſumere ad necem alicujus, ut indè ſuæ juſtitiæ ſeveras leges oſtendat; Hurtad. *dict.* §. 2.Pat. Vazq. *ſup. diſp.* 135. *cap.* 1. *n.* 5 Guttierr.*n.*10 *verſ.Præterea in fine.* In quo eſt animadvertendum, has pœnas temporales, quæ divinitus pro alienis criminibus inferuntur, ipſis patientibus ad ſalutem ſpiritualem proficere, ut probat D. Auguſtin.*in Joſ. cap.* 8. ibi: *Viſibiles afflictiones hominum, ſive mortes, quoniam iis, quibus ingeruntur, & obeſſe, & prodeſſe poſſunt, novit Dominus in occulto providentiæ ſuæ quemadmodum juſtè quibuſque diſpenſet, etiam cum aliorum peccata in alios videtur ulciſci.* notat Hurtad. *ubi proximè*, Guttierr. *num.* 19. Menoch. *de conſ.* 99. *num.* 213. Simanc. *d. tit.* 29 *n.* 3. 5. Petr. Greg. *d. cap.* 4. *nu.*4. Leges verò humanæ, niſi de cauſa conſtet, ob quam in inſontes vindicent facinus alienum, iniquæ habebuntur, nec ſervari debent; ut notatur *in d. cap. ſine culpa, de reg. jur. in* 6. Oſaſc. *Pedemont. deciſ.* 88. *n.* 25.

Ibi: *Sic Levitic. cap.* 20.

14 Levitic. *cap.* 20. *verſ.* 15. ita legitur: *Qui cum jumento, & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier, quæ ſuccubuerit cuilibet jumento, ſimul interficiatur cum eo.* Et hodie idem in praxi ſervatur, de quo Ant.Gom.*in l.* 80. *Taur. n.* 35. *verſ. Advertandum*, Alfonſ. à Caſtr. *lib.* 4. *adverſ. hæreſ. verb. Coitus cum jumento*, Alvar. Pelag. *de planct. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 2. Menchac. *controverſ. illuſtr. c.* 96. *n.* 11. Roland. *conſ.*7. *à princip. lib.* 1. Clar. *d. lib.* 5. *receptar. ſentent.* §. *Fornicatio, n.* 27. & §. *fin. quæſt.* 99. *n.* 8. ubi Baiard. *n.* 10. Boër. *deciſ.* 316. *ex n.* 6. Roxas *ſingul.* 102. Caball. *reſolut. crimin. tract. de homicid n.* 181. Tiraq. *de pœn. temperand. cauſ.* 49. *n.* 39. Tuſch. *practicar. concl. lit. C. concl.* 413. *n.* 30. 31. Matienç. *in dialog. relator. part.* 3. *cap.* 64. *n.* 6.

15 Quo caſu animalis domino pretium ſolvendum eſſe ex bonis Rei; aut ſi non extent, ex pecunia Fiſcali docet Villar. *in ſylv. reſponſor. lib.* 1. *reſponſ.* 4. *ex nu.* 11. Petr. Barboſ. *in comment. ad Ordinament. Reg. Luſitan. lib.* 5. *titul.* 13. §. 2. quamvis contrarium ſentire videatur, Ant. Gom. *in lib.* 1. *Taur. n.* 11. *verſ. Item finaliter, in fine.*

Sed & ſi homo,vel mulier,quæ ſe bruto turpiter 16
commiſcuit, aliqua de cauſa ultimo non afficiatur ſupplicio, adhuc animal extingui debet, ne ſceleris nefarii memoriam refricet, Tuſch. *d. n.* 30. Boër. *ſup. n.* 4. etſi diſpliceat Clar. *d. q.* 99. *n.* 8.

Inſenſibilia quoque ob delictum ab homine com- 17
miſſum leges perire jubent, veluti domum ejus, qui læſæ Majeſtatis reus condemnatur, *cap. fœlicis, in princip. de pœn. in* 6. *lib.* 6. *tit.* 13. *lib.* 6. *tit.* 27. *part.* 2. *cap. unic.* §. *Receptoribus, de pac. tenend. in uſib. feudor.* Anton. Gom. *d. c.* 2. *n.* 11. Afflictis *tit. quæ ſint Regalia, verb. & bona committentium,n.*37. *in* 19. *ſpecial.* Parlador. *rer. quotidianar. lib.* 1. *cap. ult. in princip.* Gig. *ſup. tit. de pœn. committent. crim. læſ. Majeſtat. quæſt.* 35. Baiard. *ad Clar. d.lib.* 5. §. *Læſæ Majeſtatis, n.* 25. *verſ. Decimumnonum*, Farinac. *de crimin. læſ. Majeſt. quæſt.* 116. §. 1. *nu.* 28. Pet. Greg. *d. lib.* 32. *c.* 2. *n.* 12.

Ibi: *Olim ſanè apud Athenienſes.*

Aliquibus in locis animalia, etſi ratione careant, 18
nec delinquere poſſit puniri uſu receptum eſt; ut teſtantur *Clar. d. nu.* 8. Guid. Pap. *deciſ.* 238. qui aſſeverat, ſe vidiſſe in Burgundia ſuem furcâ ſuſpenſum, quoniam puerum necaverat, Tuſch. *lit. A, concluſ.* 332. *nu.* 2. & adverſus ea ferri ſententiam poſſe, docent poſt Albericum, & Gandin. Gregor. Lop. *in lib.* 24. *gloſ.* 7. *tit.* 15. *part.* 7 Bobadill. *ſupra, tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 28. Petr. Greg. *d. nu.* 12. ubi ait Athenis, ligna, lapides, & ſimilia exterminata eſſe, quia delapſa homines oppreſſerunt; quæ à jure Divino originem habere, *Exod.* 21. *verſ.* 28. cujus loci paulò ſuperiùs meminit D. Covar.

Verſ. *Secundò quandoque.*

Hanc concluſionem pluribus comprobavimus *ſup. nu.* 9. *cum ſeqq.*

Ibi: *Hic verò locus, etſi variè.*

Ad locum iſtum videas D. Hieronim. *in Ezechiel.c.* 18. D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 87. *art.* 8. Adrian. *quodlibet.* 12. *part.* 1. & alios laudatos *ſup. n.* 6. 11.

Ibi: *Siquidem viſitare Deum.*

Verbum, *viſitare*, in Sacris litteris modò in ma- 19
lam, modò in bonam partem accipitur: nam Deus dicitur viſitare,cum beneficia confert, aut ſubvenit afflictis, Geneſ. 21. *verſ.*1. & *c.* 50. *verſ.*23. Exod. *cap.* 3. *verſ.* 16. & *c.* 4. *verſ.* 31. Reg. *lib.* 1. *c.* 2. *verſ.*21. Quibus in locis,& aliis pluribus, *viſitare*, in bonam partem ſumitur. In malam verò verbum idem non minus frequenter uſurpatur, viſitat enim Deus, quando affligit, & tanquam judex exigit pœnas, *Exod. c.* 52. *verſ.* 34. ibi: *Ego autem in die ultionis viſitabo, & hoc peccatum eorum.* Levitic. *cap.* 18 *verſ.* 25. *Cujus ſcelera viſitabo*, & cap.26. *verſ.* 16. *Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore*, Iſaiæ *c.* 23. *verſ.* 17. *Viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes ſuas.* Ita Maldonat. *ſup. Luc. c.* 1. *col.* 923. *lit. B.* Et in hoc ultimo ſenſu accipiunt Expoſitores Sacri illud *Exod.* 20. *Ego ſum Deus Zelotes, &c.* Prout videre eſt apud laudatos *ſup. num.* 6. 11. quos ſequuntur ex noſtris Menoch. *d. conſ.* 99. *nu.* 210. Guttier. *nu.* 2. Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad cap. non debet, nu.* 4. *de reg. jur. in* 6.

Ibi: *Eadem ratione conſtat.*

20 Innocentes aliquando ob aliena ſcelera à Deo fuiſſe percuſſos patet. Sic primogeniti Ægyptiorum etiam parvuli interfecti ſunt, *Exod. c.* 12. Amalecitarum infantes occidere Sauli præcipitur, *Reg.* 1. *c.* 15. Davidis puerulus ob ejus peccatum moritur, *Reg.* 2. *c.* 12. Quod latè proſequitur Gratian. *in* §. *Item peccato*, 1. *quæſt.* 4. ubi ait hæc ita Deo placuiſſe propter myſterium, aut in deteſtationem peccati, vel in flagellum eorum, qui deliquerunt. Alia exempla adducit Petr. Greg. *ſup. dict. c.* 4. *nu.* 4. aſſerens has pœnas eiſdem innocentibus eſſe proficuas, de quo *ſup. n.* 10. & 11.

Verſ. *Tertia, humana lex.*

21 Nullo jure humano conſtitui poteſt, ut quis pro delicto non ſuo corporalem pœnam ſubire compellatur; Pat. Suar. *de Fide, diſp.* 22. *ſect.*3.*n.*2. Hurtad. *ſup.* §. 3. *cum ſeqq.* Vazq. *d. diſp.* 135. *c.* 3. *n.* 11. *verſ. Multò tamen*, Farinac. *in prax crimin. quæſt.* 24. *nu.* 190. Tuſch. *lit. S. conſ.* 618. *nu.* 3. Menoch. *ubi proximè,n.* 215. 216. Guazzin. *de defenſ. reor. defenſ.* 33. *circa pœn. nu.* 8. *verſ. Tamen dicta jura*, Guttier. *ſup. ex nu.* 22. Caball. *reſolut. crim. caſ.* 149 *nu.* 20. Ant. Gabriel. *commun. lib.* 3. *tit. de jur. quæſito non tollend. concluſ.* 2. *n.* 19. Clar. *ſup.* §. *fin. quæſt.* 86. *nu.* 5. Cartar. *de exequut. ſent. capit. bannito, in præfat. n.* 71. Alfonſ. à Caſtr. *de pot. leg. pœnal. lib.* 1. *c.* 9. *verſ. Reſtat. fol.* 77. *lit. C.* Menchac. *controverſiar. illuſt. lib.* 3. *c.* 96. *nu.* 14. *verſ. ad prædicta optimè ſervit.* Hoc enim humanam excedit poteſtatem, licèt Diuna effici juſtè poſſit, ut ait, *Suar.* quamvis non deſint, qui ob publicam utilitatem valere ſtatuta, quæ in inſontes aliena crimina vindicant, opinentur; de quo Tuſch. *lit.P. conſ.* 212. *n.* 45. Cartar. *ſup. ex. n.* 73. Argel. *conſ.* 63. Deci. *conſ.* 64. *n.* 3. 4. Guazzin. *ſup.* qui Florentiæ tale ſtatutum eſſe referunt. Similis lex fuit apud Macedones, qua omnes propinqui ejus qui in perſonam Principis quicquam moliretur, capite plectebantur, quam ut cruenta acerbitate plenam Alexander Magnus obrogavit, refert Menoch. *d. conſ.* 99. *num.* 224. *ex Quint. Curt.*

Ibi: *Quamobrem ſatis iniquè.*

22 Similiter ſententiam Imperatorum, quatenus ex indulgentia filiis reorum criminis læſæ Majeſtatis vitam concedere jactanter affirmant, *in dict. l. ſi quiſquis*, §. 1. carpunt. Pat. Hurt. *ſup.* § 5. Vazq. *c.* 3. *in fin.* Alfonſ. à Caſtr. *de juſt. hæretico. punit. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 6. Guttier. *n.* 25. Menoch. *n.* 216. Eam tamen minus rectè probant Bald. *in dict. l. quiſquis. in princip. verſ. Filiis, de miſericordia*, Decian. *dict. lib.* 7. *c.* 41. *nu.* 1. Farinac. *in prax. tit. de crimin. læſ. Majeſt. quæſt.* 116. §. 3. *n.* 74. Ratio etiam, qua Legiſlatores utuntur, futilis eſt, ibi: *Paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis exempla metuuntur.* Tum quia hæc præſumptio, quod liberi parentum mores imitentur; non eſt efficax, cum ſæpiſſimè fallat, ut propter eam innocens occidatur; Simanc. *ſup. tit.* 50. *n.* 11. Menoch. *de præſ. l.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 25. Alciat. *eod. tract. lib.* 1. *præſumpt.* 24. Tum etiam quoniam pœna præcedere culpam non debet, nec pro futuro crimine quiſquam puniri poteſt, ut fuſè probat Alfonſ. à Caſtr. *de pot. leg. pœn. lib.* 1. *c.* 3. *verſ. Ultimò additum eſt, à princip.* Imò *dict. l. quiſquis*, dum in filios ſtatuit, iniquam, nec in foro conſcientiæ ſervandam, ſentiunt Molin. *de Legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 30. *n.* 26. 27. Farinac. *dict. quæſt.* 653 *ad finem*: qui plures referunt, quod probat Pat. Hurtad. *ſup.* §. 5. *cum ſeqq.*

Verſ. *Quarta, poterit ſanctiſſimè.*

Poteſt lex humana pœnam bonorum, vel aliam, 23
quæ corporalis non ſit, liberis ob parentum crimina irrogare, juſta interveniente cauſa; quam concluſionem probant jura cumulata *ſup. n.* 12. Pat. Vazq. *dict. c.* 3. *n.* 11. Suar. *ſect.* 1. *n.* 3. Menoch. *d. conſ.* 99. *n.* 218. Guttier. *n.* 25. Alfonſ. à Caſt. *d. cap.* 11. Simanc. *tit.* 29. Ant. Gom. *d. cap.* 2. *n.* 13. Auguſt. Barboſ. *in collect. ad cap. ſine culpa de reg. jur. in* 6. Clar. *d.quæſt.*86.*n.*7. Farin. *in prax. quæſt.* 24. *n.* 158. Tuſch. *lit. P. concl.* 212. *n.* 50. Afflict. *in conſtitut. Regn. Neapol. lib.* 1. *rubric.* 2. *n.* 82. Duennas *reg.* 345. *in fallent.* 14. Decian. *in l. filius, n.* 2. *C. de pact.* Boër. *deciſ.* 127. quicquid placeat Pat. Hurtad. *ſup.* §. 6 & aliis,qui ſentiunt, filios directò puniri non poſſe amiſſione bonorum, vel alia ob parentum delicta.

Rationem proximæ aſſertionis, quæ hic à D. 24
Covar. probatur tradidit Cicer. *lib.* 1. *epiſtolar. ad Brut. epiſt.* 13. ibi: *Nec verò me fugit, quàm ſi acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui; ſed hoc clarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet.* Eamque amplectuntur, Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 33. *ex n.* 6. ubi hanc potiſſimam eſſe aſſeverat, Guttier. *ubi proximè*, Sanctarel. *de hæreſ. c.* 34. *dub.* 3. *n.* 23. *verſ. Octavo*, Farinac. *d. quæſt.* 116. §. 3. *n.* 63. Caball. *ſup. caſ.* 149. *n.* 22. Neapodan. *in conſtitutionib. Sicil. verb. ipſorum filii, verſ. Credo, quod Legiſlator*, Ambroſ. Vigna *in tract. de hæretic. quæſt.* 20. *n.* 208. Simanc. *d. tit.* 29. Alfonſ. à Caſt. *ubi proximè*, Pichard. *in* §. *Publica autem, n.* 15. *Inſt. de public. judic.* Lotter. *de re beneficiar. lib.* 3. *quæſt.* 28. *à n.* 67. homines enim cum ſciant, ſupplicium etiam poſt mortem permanſurum in liberis, in quibus magis,quam in ſe ipſis terrentur, & cruciantur. Menoch. *n.* 8. & dictum eſt *ſup. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 94. ab his facinoribus promptius abſtinebunt, quæ in poſteros ſuos ſunt vindicanda.

Huic alia ratio communiter addi ſolet deducta 25
ex *d. l. quiſquis*, §. *Filiis* ſcilicet filios ſcelerata parentum veſtigia repetituros, quibus ſimiles futuri eſſe creduntur; *Joan. c.* 8. *verſ.* 44. *Vos ex patre diabolo eſtis & deſideria patris veſtri facere, vultis*, Matth. *c.* 7. *verſ.* 18. *Non poteſt arbor. mala &c.* Authent. *de Referendar. ſac. palat.* §. 1. *ad fin collat.* 2. Fabius *lib.* 5. *inſtitut. orator. c.* 10. *Nam ſimiles*, inquit, *parentibus, ac majoribus ſuis filii plerumque credantur, & nonnunquam ad honeſtè, turpiterque vivendum inde cauſæ fluunt*, Cæl. Rodigin. *lib.* 3. *lection. antiquar. c.* 29. *in fine*, ſic ait: *A flagitioſis geniti ad delinquendum procliviores, magiſque lubrici evadunt*, Ovid. *lib.* 4. *metam.*

Et patrum in filios abeunt cum ſemine mores.

Unde oportet ipſos egeſtate, & abjecta ſorte ſordeſcere, ut minùs audaces evadant: quam rationem admittunt *Sanch.* putans priorem eſſe potiorem, *d. l.* 2. *c.* 27. *n* 13. Cevall. *d.q.*653. Farinac. *ſup.* Menoch. Simanc. Caſt. locis nuperrimè allegatis; Ant. Gom. *dict. c.* 2. *n.* 13. Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad cap. non imputantur, n.* 11. *quæſt.* 4. & alii communiter. De quo vide *infra, n.* 68.

Verſ. *Quinta, pœna æterna.*

Nunquam Deus pro alienis peccatis pœnam ſpi- 26
ritua-

ritualem imponit. Hoc probatur ex adductis *ſup. n.* 6. nam ea Sacra teſtimonia de hujuſmodi pœna debent intelligi, de quo Auguſtin. *d. quæſt.* 8. *ſup. Joſ.* ibi *Pœnas verò inviſibiles quia nocent, & prodeſſe non poſſunt, ita nullus, Deo judice, pro alienis peccatis lui*. Idem probatur, *ex cap. jam itaque* 8. 1. *quæſt.* 4. *cap.* 1. 24. *quæſt.* 3. Pat. Valent. *ſup. punct.* 2. *in princip.* Becan. *d. quæſt.* 8. *cap.* 3. *n.* 3. Suar. *ſup. diſp.* 22. *ſect. n.* 9. Vazq. *d. diſp.* 135. *cap.* 1. *n.* 5. Alfonſ. à Caſt. *adverſ. hæres lib.* 12. *fol.* 92. *col.* 1. Guttier. *n.* 18. Menoch. *d. conſ.* 92. *n.* 207. 208. Ojed. *ſup. c.* 23. *n.* 104. Simanc. *tit.* 29. *n.* 1. Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.* 91. *verſ. Tertiò, & principaliter*, Aug. Barboſ. *in collect. ad c. ſine culpa, de reg. jur. in* 6. Petr. Greg. *d. c.* 4. *n.* 4.

27 Similiter ab homine nemo puniri poteſt pro alieno peccato, ea pœna, quæ animæ directò noceat ad ſalutem ſpiritualem, ut excommunicatio, *cap. non imputantur* 10. 1. *quæſt.* 4. *c.* 1. 24. *quæſt.* 3. Tuſch. *d. concluſ.* 212. *nu.* 30. Pat. Suar. *d. diſp.* 22. *ſect.* 3. *n.* 2. Guttier. *ubi proximè*, Menoch. *n.* 209. Alfonſ. à Caſt. *de juſt hæretic punit. lib.* 2. *cap.* 11. D. Covar. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 9. *n.* 3. *verſ. Hæc & alia, de ſentent. excommunic. in* 6. Barboſ. *in collect. ad d. cap. non imputantur, n.* 1.

Ibi : *Qualis eſt irregularitas.*

28 Irregularitas, aut provenit ex delicto, aut ex defectu : cùm ex culpa procedit, pœna dicitur; cùm ex defectu, pœnæ rationem non habet; D. Covar. *in Clement. ſi furioſus in princip. de homicid.* Alfonſ à Caſt. *de pot. leg. pœnal. lib.* 1. *c.* 3. *verſ. Ultimò additum eſt fol.* 18. Sanch. *in Decalog. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 42. *ad medium, verſ. Dices eam irregularitatem*; & omnes communiter. Hæc autem pœna rectè ſpiritualis dici poteſt, non quòd animæ ſaluti directè officiat; ſed quoniam per illam homo inhabilis redditur ad Ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos, vel exercendos, qui ſpirituales ſunt quemadmodum pœnam pecuniariam appellamus, quæ damnatum pecunia privat; atque ita intelligenda eſt Gloſſa, quam *D. Covar.* impugnat. Sic pœnam ſpiritualem inhabilitatem ad beneficia Eccleſiaſtica, dixit Sanch. *ſup. d. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 23.

Verſ. *Primùm, hinc conciliantur.*

29 De intelligentia, ac conciliatione hujuſmodi locorum, ſunt conſulendi D. Chryſoſtom. *homil.* 1. & 4. *in Iſaiam, & ſup. Pſalm.* 3. Abulenſ. *in Joſ. c.* 6. & 7. Pat. Suar. *tom.* 1. *in* 1. 2. *tract.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 1. *à n.* 11. Pat. Vazq. *d. diſp.* 135. *c.* 1. & 2. & alii, quorum memini *ſup. n.* 6. 11.

Verſ. *Secundò, infertur.*

30 Cum apud Theſſalonicam impetu furentis populi miles fuiſſet occiſus, Theodoſius tunc Imperii gubernaculum tenens, hoc exceſſu nimium concitatus juſſit, Theſſalonicenſes ad ludos Circenſes convenire, militibus impetans, ut ex ipſis quemcunque ſibi obvium trucidarent, de qua immanitate cum ab Epiſcopis Italiæ redargueretur, indumentis Imperialibus depoſitis, publicæ pœnitentiæ ſe ſubmiſit, legemque ſanctiſſimam condidit, qua cautum eſt, ut quoties Imperator præcipitanter in quemquam mortis pœnam ſtatueret, præcepti exequutio ad trigeſimum diem differretur; *l. ſi vindicari* 20. *C. de pœn.* quæ habentur *in cap. cum apud Theſſalonicam* 69. 11. *quæſt.* 3. & referuntur ab Euſeb. *hiſtor. Eccleſ. lib.* 11. *cap.* 18. Cardin. Baron. *tom.* 4. *annal. Eccleſ. anno Chriſti* 390. Moral. *hiſtor. Hiſpan. part.* 1. *lib.* 10. *c.* 45. Bobadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 76. Menoch. *conſ.* 98. *n.* 64. Chaſſan. *in catalog. glor. mundi, part.* 1. *conſid. ra.* 24. *verſ.* 96. Pat. Suar. *de charit. diſp.* 13. *ſect.* 7. *nu.* 15. Farinac. *in prax. part.* 3. *de pœn. temperand. quæſt.* 97. *n.* 34. Aviles *in c.* 1. *Prætor. verb. mandamiento, n.* 1. 9.

Verſ. *Tertiò, ab eadem reſolutione.*

31 Cum de hæreticorum pœnis ſit differendum quis hæreticus ſit, expedit agnoſcere ex tradendis *infrà, lib.* 3. *c.* 1. *à n.* 6. Filii, ac nepotes eorum, qui Divinæ Majeſtatis læſæ crimen perpetrant (de offendente humanam *infrà* dicendum eſt à *n.* 38.) ſunt inhabiles ad omnia numera officia & beneficia Eccleſiaſtica, ſive ſæcularia *l.* 3. & 4. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Pat. Suar. *de fide diſput.* 24. *ſect.* 3. *à n.* 4. Hurtad. *ſup. ſect.* 2. §. 10. Molin. *de juſt. diſp.* 658. *n.* 19. *verſ. Filii tamen*, Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *c.* 27. *ex n.* 2. Diana *reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 73. Molin. *de primogen. lib.* 4. *c.* 11. *n.* 50. Guttier. *de delict. quæſt.* 51. *n.* 1. Parlador. *different.* 108. *n.* 4. 7. Pet. Greg. *ſyntagmat. lib.* 33. *c.* 8. *n.* 3. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 3. *n.* 70. Menoch. *conſ.* 808. *n.* 5. *cum ſeqq.* Ant. Gom. *d. c.* 2. *n.* 4. Decian. *lib.* 5. *c.* 45. *n.* 5. *verſ. Et hoc intellige*, Clar. *ſup.* §. *Hæreſis*, *n.* 19. Simanc. *d. tit.* 20. *n.* 15. Greg. Lop. *in lib.* 1. *gloſ.* 1. *tit.* 26. *part.* 7. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *c.* 35. *n.* 10. Merlin. *de Legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 31. *n.* 8. & ſi aliqua obtineant beneficia, ſuos fructus non faciunt, quia eis jure ipſo privantur, Dian. Hurt. *ſup.* Ricciul. *de jur. perſonar. extra grem. Eccleſ. exiſtentium, lib.* 5. *c.* 29. *n.* 2. Sanctarel. *ſup. c.* 35. *dub.* 22. *n.* 21. Penna *in director. inquiſit. part.* 3. *comment.* 63.

32 Circa quod per neceſſe erit hic adnotare nonnulla *Primùm*, hos filios hæreticorum, & nepotes irregularitatem contrahere, ita ut nec prima tonſura poſſint initiari, nam ſub verbo, *officium publicum*, quo uſus eſt Pontifex *in cap.* 2. § *Hæretici, de hæreticis, in* 6. etiam ab hac ſicut ab omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus remoti cenſentur; Hurt. *ubi proximè*, Pat. Suar. *n.* 3. Guttier. *ſup. quæſt.* 52. *nu.* 1. Simanc. *nu.* 17. Bonacin. *oper. moral. tom.* 1. *tract. de cenſur. diſp.* 7. *de Irregularit. quæſt.* 3. *punct.* 7. *n.* 9. Salced. ad Bernard. Diaz. *in prax. c.* 22. *n.* 22. Farinac. *d. quæſt.* 191. *n.* 62. Aug. Barboſ. *in collectan. ad c.* 2. *nu.* 5. *de hæretic. in* 6. Coninch. *de Sacrament. diſp.* 18. *dub.* 7. *n.* 51. Dian. *part.* 4. *tract.* 2. *reſolut.* 45. Sanch. *ſup. c.* 28. *n.* 7. qui plures congeſſit, ſed in Ordine ſuſcepto ante patris condemnationem poterunt miniſtrare, Sanch. *n.* 10.

33 Secundum, ſicut à beneficiis, ita & à penſionibus Eccleſiaſticis iſti repelluntur, ne eas valeant obtinere; Sanch. *n.* 35. Dian. *ubi proximè, verſ. Notandum*, Garcia *de benefic. tom.* 2. *part.* 11. *c.* 10. §. 1. *n.* 74. Gigas *de penſionib. quæſt.* 94. *n.* 7. Farinac. *n.* 60. Lotter. *n.* 82. *verſ. Nihilominus.*

34 Tertium, propter hæreſim parentum liberos juris infamiam non incurrere, quia nullibi reperitur talis pœna ipſis impoſita; Pat. Suar. *ſup. n.* 7. Hurtad. §. 17. Menoch. *d. conſ.* 808. *n.* 44. Sanch. *c.* 82. *nu.* 4. 5. ubi diſputat : quæ ſententia etſi juris principiis valdè conveniat, oppoſita communiter recepta eſt, eamque amplectuntur cum D. Covar. *in præſenti*, Farinac. *d. quæſt.* 191. *nu.* 22. Merlin. *ubi proximè*, Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.* 91. *verſ. Tertiò & principaliter*, Molin. *de primogen. lib.* 4. *c.* 11. *n.* 50. Simanc. *tit.* 9. *num.* 268. Cantera *in quæſtionib. crimin. tit. de quæſt. tangentib. punition. delict. cap.* 1. *n.* 11. Pat. Molin. *ſup. n.* 25. Penna *in director. part.* 1. *comment.* 4. *verſ. Hæc autem infamia.* Azeved. *in lib.* 1. *n.* 171. & *in lib.* 3. *n.* 34. 35. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Enriquez *lib.* 14. *de irregularit. cap.* 5. *n.* 4. Caſtr. *de juſt. hæretic. punit. lib.* 2. *cap.* 9. Param. *de origin. Inquiſition. lib.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 206. Pichard. *ſup. n.* 16. Dian. *ubi proximè*, Tuſch. *lit. H. concluſ.* 102. *n.* 9. Pet. Greg. *ſup.*

35 Quartùm, nepotes hæretici ex filia hujuſmodi pœnis non teneri, ut deciſum eſt in *cap. ſtatutum* 15. *de hæretic. in* 6. ſed ſi mulier in hæreſim inciderit ſolùm filii non autem nepotes, etiam ex filio puniuntur, Ant. Gom. *d. cap.* 2. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 128. *n.* 11. Azor. *inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 13. *poſt quæſt.* 8. *in* 8 *pœna hæretic.* Pat. Molin *nu.* 19. *verſ. Filii tamen.* Pat. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 43. *ſect.* 3. *n.* 1. Penna *ſup. part.* 3. *comment.* 194. *in princip. verſ. Quantùm ad primam*, Guttierr. *d. quæſt.* 52. *n.* 3. Parlador. *ſup. d. nu.* 4. Lotter. *ex num.* 61. ubi latè, Farinac. cum plurimis *n.* 51. Sanch. *d. cap.* 27. *n.* 2. Rationémque *ibi* reddit, quia infectio viri deterior eſt, quam fœminæ, & liberi potiùs patrem, quàm matrem repræſentant; ac quemadmodum paternæ familiæ honores, nobilitas, & dignitas aſcendentium per maſculinam lineam poſteris deferuntur; ita & infamia, ac pœnæ aliæ eiſdem plùs nocere debent. An verò filia hæretici, vel neptis ex filio, infamia, vel alia pœna afficiatur? docent Pat. Hurt. *dict. diſp.* 88. §. 27. Farinac. *in prax. dict. quæſt.* 116. §. 3. *n.* 97. etſi in crimine læſæ Majeſtatis humanæ loquatur.

36 Quintùm, nedum hæreticorum liberos, ſed etiam credentium, defenſorum, receptatorum, ac fautorum eorum his pœnis ſubjici, *d. cap.* 2. § *Hæretici, de hæretic. in* 6. Sanch. *ubi proximè*, Merlin. *d. quæſt.* 31. *n.* 9. Farin. *num.* 49. Pat. Hurtad. *ſup.* §. 38. Clar. *d.* §. *Hæreſis*, *n.* 16. Lotter. *n.* 73. qui autem cenſeantur credentes, defenſores, & docent Pat. Suar. *de fid. diſp.* 14. *ſect.* 1. *à princip.* Simanc. *tit.* 15. Sanch. *cap.* 10. Penna *part.* 2. *quæſt.* 50. *cum aliis*, Hurtad. *ſec.* 2. *à* §. 28. Farin. *quæſt.* 182. §. 1. §. 4. §. 8. §. 9. *à princip.*

37 Ultimùm, filios ejus, qui ut ſuſpectus de hæreſi damnatur, ab his pœnis immunes eſſe, Pat. Hurt. §. 23. Farinac. *d. quæſt.* 116. *n.* 67. Put. *deciſ.* 400. *lib.* 2. Penna *ſup. comment.* 164. *verſ. Nam filii ſuſpectorum*, Sanch. *cap.* 27. *n.* 29. Zanchin. *de hæretic. cap.* 28. *n.* 3. 4. Lotter. *ſup. n.* 97. *cum ſeqq.* Dian. *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 75. *verſ. Notandum eſt tamen* Pat. Suar. *de fide, diſp.* 24. *ſect.* 2. *n.* 6. Idem eſt de filiis denunciantibus patrem hæreticum, Hurtad. *ſup.* Sanch. *n.* 30. Farin. *n.* 37. Decian. *ſup. lib.* 5. *cap.* 45. *n.* 5. Dian. *ubi proximè.* Similiter, ſi pater hæreticus reſipiſcat, nulla pœna ejus poſteris irrogatur, Hurtad. §. 20. Bonacin. *ſup. punct.* 7. *nu.* 9. Sanch. *cap.* 27. *n.* 20. Carrer. *de hæretic. nu.* 141. Merlin. *d. quæſt.* 31. *n.* 18. Surd. *conſ.* 168. *nu.* 14. Cantera *ſup. tit. de hæretic. cap.* 1. *n.* 17. Mangil. *de imptat. quæſt.* 4. *n.* 38. Ricciul. *ſup. d. lib.* 5. *cap.* 30. *nu.* 41. Pat. Molin. *dict. diſput.* 658. *nu.* 19. *verſ. Filii tamen* Azeved. *in lib.* 3. *n.* 26. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilat.* Tuſch. *d. conſ.* 102. *n.* 10. Guttierr. *d. quæſt.* 52. *num.* 2. & *quæſt.* 55. *ex num.* 2. Lotter. *nu.* 74. *cum ſeqq.* quorum plerique aſſerunt, hoc procedere, quamvis reus nondum ſit ad pœnitentiam receptus, modò ad eam recipiendam paratus decedat. Idem pluribus laudatis, tenet Farinac. *n.* 64. per textum *in cap. ſtatutum* 15. *de hæretic. in* 6. Hoc tamen non procedit in hæretico, qui brachio ſæculari comburendus traditur, nam etſi ut Catholicus obeat, nihilominus filii ejus pœnas non evadunt, Bonacin, *ubi proximè*, Dian. *d. reſolut.* 75. *in principio*, Sanch. *n.* 23. Simanc. *d. tit.* 29. *n.* 17. *verſ. Sed re attentius perpenſa*, Ricciul. *d cap.* 30. *n.* 32. *cum ſeqq.* Param. *ſup. lib.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 209. Farinac. *n.* 65. Penna, *d. comment.* 164. *verſ. Circa ſecundum, cum ſeqq.* Parlador. *different.* 108. *nu.* 12. quamvis aliqui contra ſentiant, quos referunt *Sanch. & Farinac.* de quo videndus Guttier. *quæſt.* 56. *per totam*, ubi probat, filios eorum, qui in hæreſim ſunt relapſi, ideoque comburuntur, ſi hi pœniteant, pœnis non aſtringi; & Lotter. ex *nu.* 77. His addere libet, quod ſi dubitetur, an aliquod officium ſit publicum, ut ad illud hæreticorum filii non admittantur, Inquiſitores cum Epiſcopo de hoc ſunt cogituri, Dian. *reſol.* 775. *verſ. Et adverte*, Penna *part.* 3. *comment.* 8. Narbon. *in lib.* 2. *gloſ.* 20. *n.* 108. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat.*

38 Filii, & nepotes per virilem ſexum ejus, qui Crimen læſæ Majeſtatis perpetrat, juris infamia notantur, & nulla munera, vel officia publica poſſunt obtinere, Ant. Gom. *d. c.* 2. *n.* 13. Sanch. *c.* 29. *n.* 1. Guttier. *n.* 30. Molin. *d c.* 11. *n.* 50. Menoch. *conſ.* 99. *n.* 218. Gigas *ſup. tit. de pœn. quas fil. incur. q.* 1. Decian. *d. lib.* 7. *c.* 31. Fachin. *controv. lib.* 7. *c.* 23. Gratian. *diſceptation. c.* 368. *n.* 7. Boſ. *in prax. crimin. tit. de crimin. læſæ Majeſtat. n.* 134. 137. Pat. Molin. *d. diſp.* 658. *n.* 26. Merlin. *ſup. q.* 30. *n.* 3. Farinac. *in prax. q.* 116. § 3. *n.* 83. Has tamen pœnas, & alias ſtatutas in *d. l. quiſquis*, non incurrunt fœminæ filiæ, vel neptes proditoris ſecundùm communem, Clar. *d.* §. *Læſæ Majeſtat. n.* 10. Decian. *ſup c.* 41. *n.* 12. Gigas *eod. tit. q.* 14. Sanch. *c.* 28. *n.* 3. Farinac. qui & alios refert *n.* 97. quod apertè probat *l.* 2. *tit.* 2. *p.* 7. ibi *Sus filios que ſean varones.* Et ut locum habeant, requiritur quod pater admiſerit crimen in perſonam Principis ſupremi, qui in temporalibus nulli ſubjicitur, vel in Rempublicam; aliàs quamvis quicquam faciat contra ea, quæ diverſis capitulis legis Iuliæ Majeſtatis continentur, filii pœna non afficiuntur, Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 5. *in fine*, Farinac. *n.* 123. Merlin. *n.* 28. *cum ſeqq.* Peregr. *ſup. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 4. Clar. *n.* 14. ubi ait, *Angelum* referens, hujuſmodi pœnas in filios in deſuetudinem abiiſſe.

39 Concluſio proximè tradita ampliatur, ut etiam filii proditorum ſint incapaces ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda propter infamiam, *c. infames* 6. *quæſt.* 1. Ojed. *de incompatibilit. beneficior. par* 1. *c. penult. n.* 93. 192. Dec. *d. c.* 41. *n.* 1. Gig. *q.* 9. *n.* 3. 4. Sanch. *c.* 28. *n.* 23. 24. Farinac. *n.* 118. infames enim ſecundùm jus civile, niſi aliud expreſſim diſpoſitum reperiatur, tales de jure Canonico etiam habentur, *c. omnes verò* 7. *q.* 1. Quod eſt intelligendum, ſi erant laici tempore, quo pater de eo crimine fuit damnatus : nam ſi Clerici jam eſſent, nullam contrahunt infamiam, nec legibus Principum ſæcularium in filios proditorum ſtatuentibus aſtringuntur; Gloſ. *in cap. ſatis perverſum.* 56. *diſtinct.* Greg. Lop. *in d. l.* 2. *gloſ.* 7. Decian. *ubi proximè*, Sanctarel. *de hæreſ. cap.* 34. *dub.* 2. Sanch. *c.* 28. *n.* 19. 24. Bajard. *ad Clar. ſup. n.* 19. Farinac. *n.* 117. 138. ſed limitatur, ſi pater Clerici delinquat in Pontificem, vel Cardinales; nam talis filius pœnas luet, juxta *cap. ult.* §. *Quod ſi quis, de pœn. in* 6. Farinac. *n* 119. Sanch. *n.* 20. Turrecremat. *in c. ſi quis, n.* 7. *cauſ.* 6. *q.* 1. Gig. *ſup. q.* 11. *n.* 1. 2. Decian. *d. c.* 41. *n.* 1. Ruin. *conſ.* 17. *n.* 4. *vol.* 5.

40 Eadem ratione filii laici proditorum fiunt irregulares, ex quo ſententia in parentes lata eſt; ſunt enim etiam infames quoad jus Canonicum, ut nuper dicebamus; & probant Pat. Suar. *d. cenſur. diſp.* 48. *ſect.* 1. *n.* 4. Innocent. *in c. qualiter, & quando, l.* 2. *de accuſationib.* Bonacin. *d. diſp.* 7. *de irregularitat. q.* 3. *punct.* 1. *n.* 2. infames autem ad Ordines Eccle-